



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

LXVIII. Das Kloster Diesdorf verschreibt dem Pfarrer Ludolph in Clenz gegen Abtretung seines Rechtes an den Capellen in Bulitz und Czet eine Getreidehebung, am 14. Dezember 1325, mit Bestätigung des ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

solidis luneburgenſium denariorum noſtram quartam partem ville linthop et noſtram quartam partem molendini in villa moldenbeke cum omni iure, Cum aduocatia, cum pratis, cum paſcuſ, cum filuis, cum campis, cultis et incultis, et cum omnibus attinentiis ſuis, quas quartas partes, ſicut nos habuimus, ſic et dicte moniales eaſdem hereditarie optinebunt, hoc adiecto, quod ſi predictæ moniales in dictis quartis partibus impetitiones aliquas paterentur, has nos per noſtram warandiam ſuper dictas partes ſine periculo dictarum monialium tenemur et volumus, excepta proprietate, in omnibus diſſurgare. Datum et actum dannenberg, anno domini M^o. CCC^o. XXIII^o., ſequenti die beati andree apoſtoli, ſub ſigillo noſtro et iohannis arneſolet nobiſcum proteſtantis.

LXVIII. Daß Kloſter Dieſdorf verſchreibt dem Pfarrer Ludolph in Clenz gegen Abtretung ſeines Rechtes an den Capellen in Buliz und Czetz eine Getreidehebung, am 14. Dezember 1325, mit Beſtätigung des Biſchofs von Verden, vom 20. März 1326.

Nos dei gracia Nycolaus, verdenſis Eccleſie Epifcopus, Recognoſcimus omnibus chriſtiffidelibus preſentia viſuris ſeu auditoris publice proteſtando, Nos vidiffe et audiuiſſe litteras honorabilis Swideri prepoſiti et Mechtildis, prioriffe tociusque conuentus Monaſterii Sanctimonialium in Diſtorp ac Ludolphi plebani in Clenze ſub hac forma: In nomine domini amen. Quum omnium habere memoriam potius diuinitati congruit quam humanitati optimum eſt, ut facta laudabiliter hominum ſcripturis publicis et ydoneis teſtibus perhennentur. Hinc eſt, quod nos dei gracia Swiderus prepoſitus, Mechtildis prioriffa totiusque conuentus ſanctimonialium in diſtorp recognoſcimus omnibus preſentia viſuris ſeu auditoris publice proteſtando, Quod omnis controuerſia ſuborta et iamdudum ventilata inter nos ac diſcretum virum Ludolphum, plebanum in Clenz, eſt amicabiliter concordata totaliter et ſopita, Ita videlicet, quod nos nomine Eccleſie noſtre iamdicte comparare ac emere debemus dimidium chorum filiginis perpetui cenſus antedicto domino Ludolpho ac ſuis ſucceſſoribus in perpetuum poſſidendum, in recompensam Eccleſiarum ſeu Capellarum in buliz et in Czetz, ſi quid iuris habere poſſent in eiſdem, pro quo dimidio Choro filiginis obligauimus duos manſos ſitos in villa ſterle noſtros cum omni Jure et proprietate ſeu prouentu, quem admodum nos hactenus poſſidemus, ſupradicto domino Ludolpho ſeu ſuis ſucceſſoribus quouſque poterimus comparare dimidium Chorum filiginis ſepredictum. Preterea prenomiatus ludolphus pro ſe ac ſucceſſoribus renunciauit omni actioni ſeu impetitioni dictarum Eccleſiarum ſeu Capellarum buliz et Czetz et renunciat per preſentes. In cuius facti euidentiam Sigilla noſtra ſcilicet noſtri conuentus, Swideri prepoſiti noſtri, necnon honorabilis viri Hugonis prepoſiti in Sneghe, preſentibus ſunt appenſa. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXV^o. dominica qua cantatur Gaudete. Vt autem antedicta ordinatio domini Swideri prepoſiti et mechtildis prioriffe ac conuentus in Diſtorp ac Ludolphi, plebani in Clenz, rata et inconuulſa permaneat; Nos dei gracia Nycolaus verdenſis Eccleſie Epifcopus antedictus ipſam ratificamus et confirmamus in nomine domini preſentibus in Hiis ſcriptis. Quicumque vero hominum auſu temerario dictam ordinationem ac noſtram confirmationem infringere ſeu violare attemptauerit, indignationem dei omni-

potentis ac nostram se nouerit incursum. In euidentiam vero omnium premisorum Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno domini M^o. CCC^o. XXVI^o. In Cena domini.

LXIX. Das Kloster Diesdorf bekundet, daß Heinrich, Pfarrer zu Abbendorf, dem Kloster eine Hufe überlassen habe, am 6. Januar 1328.

Nos fuiderus prepositus, Mechtildis priorissa Totusque conuentus sanctimonialium in distorpe recognoscimus protestantes, quod dominus hinricus, plebanus in abbendorp temporibus domini borchardi pie memorie prepositi nostri anno domini M^o. CCC^o. XX^o. de nostra ecclesia in villa predicta vnum mansum, qui desertus dicitur, cum sua area, valentem annuatim chorum filiginis, ad sue vite tempora sibi fauorabiliter comparauit. Nostris vero temporibus dictus dominus hinricus a nobis ex nostro consilio et consensu de nouo dictum mansum desertum emit pro XXVI marcis soltwedelenfium denariorum cum sua area, valentem dimidium chorum filiginis annuatim et vnum pullum et septem solidos, liberum ab omni seruitio et exactione, ex parte nostra perpetuo sub hac forma, quod mortuo domino hinrico prefato prepositus nomine ecclesie, pro recognitione dominarum, vnum pullum et vnum solidum ex dicto manso recipiet annuatim, alios vero sex solidos cultrix nostre ecclesie habebit de sepedicto manso deserto ad emendationem luminum ad matutinam et ad vesperam, dum cantatur de virgine benedicta, Dimidium autem chorum filiginis mansi pretaxati memoratus dominus hinricus viua voce, cupiens se participem deuotionum et orationum nostrarum dominarum, pro speciali eius memoria, ad manus et per manus domine caritatis, que fuerit pro tempore, ad consolationem aliqualem, in assumptione virginis gloriose nostro conuentui faciendam, perpetuis temporibus assignauit, et predictus mansus desertus positus est ad curiam Johannis prefecti ville superius memorate. Datum sub nostrorum testimonio sigillorum, anno domini M^o. CCC^o. XX^o. octauo, in Epyphania domini.

LXX. Des Klosters Obergirchen Fraternitätsbrief für das Kloster Diesdorf, vom 6. Mai 1328.

Waltherus, dei gracia prepositus, ermgardis priorissa totusque conuentus ecclesie sancte Marie virginis in overenkerken religiosi personis preposito, priorisse et conuentui in distorpe salutem in virginis filio benedicto. Exigente pie deuotionis affectu, quem nos ad ordinem nostrum ex relatione honorabilis domini heynrici hot sacerdotis habere cognouimus, damus uobis plenam fraternitatem et participationem omnium missarum, vigiliarum, castigationum, ieiuniorum